

1490. a. 1. Julii. Ex Orig. arch. Regi.

571.

Karimiri Regis  $\text{p}^{\text{p}}$  800. florenos  
Hungaricales Generoso Petro  
Miszkowski Castellano Vjelunensi  
in Villis Bijelanij et Lankij in ter-  
ra Oszwianczimensi consistentibus  
inscriptio.

178

Karimirus Dei Gratia Rex Poloniae  
Magnus dux Lithuaniae, Rusiae, Prussiae,  
que dominus et heres etc. Significamus  
tenore presentium universis quibus ex-  
pedit. Quia habentes in prospectu multa  
honestata et utilia servitia Generosi Pe-  
tri Miszkowski Castellani Vjelunensis, qui  
bus multarum legationum officio fun-  
gendo nobis commendatus est, sibi octin-  
gentos florenos Hungaricales in et su-  
per bonis nostris Regalibus, Villis scili-  
cet Bijelanij et Lankij in terra Oszwia-  
czimensi consistentibus Inscriptimus  
et demonstravimus, inscribimusque et  
demonstramus tenore presentium me-  
dicante, per ipsum Petrum Miszkow-  
skij Castellatum, et Successores suos le-  
gitimos, villas predictas Bijelanij  
et Lankij, cum omnibus censibus, fru-  
ctibus, redditibus et proventus univer-  
sis, agris, pratis, campis, silvis, bonis,  
gallis, rubetis, venationibus mellificiis,  
Stagnis, lacubus, fluviiis, pisciniis, mo-  
lendinis

lendingis et eorum emolumentis, cum o-  
mnique jure Dominio et proprietate,  
tenendum, habendum, utifruendum, et  
quiete possidendum, usque ad plenaria  
predictorum Octingentorum florenorū  
per nos aut nostros Successores legitimos,  
Sibi aut suis Successoribus legitimis  
solutionem; quibus solutis, possessio tan-  
dem villarum predictarum ad nos et no-  
stros Successores pleno jure devolvetur.  
Juribus nostris Regalibus per omnia  
semper salvis. Harum quibus sigil-  
lum nostrum est appensum testimo-  
nio literarum. Datum Cracoviae fe-  
ria quinta in vigilia Visitationis  
Beatissime Virginis marie, Anno do-  
mini Milleesimo, quadringentesimo nona-  
gesimo.

Gregorius Vice, } Prelatus Venerabilis  
Cancellarius. Signit. } Gregorii de Lubranow  
Regni Poloniae Vice,  
cancellarii,

Ta Kopia przepisana z Orzginata par-  
gaminowego ambilowanego, u ktore-  
go wisi pieczęć na suowiasce perg-  
minowej. Roku 1708. u. 26. Julii.